Γρηγορίου. Τὴν ποινὴν ἐνταῦθα μόνην φησὶν, οὐ μὴν καὶ τὸν φουρτιβον\* ἔτερον μὲν γὰρ ἐστὶ τῆς ἀγωγῆς τῆς τὸ κλαπέν ἀπαιτούσης, ὡς ἐστὶ δεκατ. tit. τοῦ ξ'. βιβλίου\* ἦτις καὶ ἀρμόζει μόνῃ δεσπότῃ, ὡς τὸ α'. κεφ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβ. φησὶν\* ἔτερος δὲ ὁ περὶ κλοπῆς ἦτοι ὁ ιβ'. ταυτῆρ δὲ οὐ μόνος ὁ δεσπότης κινεῖ, ἀλλὰ καὶ πᾶς, ὃ διαφέρει μὴ γενέσθαι τὴν κλοπὴν, ἐάν ἐξ εὐλόγου αἰτίας αὐτῷ διαφέρει, καθὼς τὸ τέταρτον θεμ. τοῦ ι'. κεφ. αὐτόθι φησὶν, οὐ ἢ ἀρχῆ\* ἐκέως ἔχει τὴν περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλοῦν ἀγωγῆν. σκοπεῖ μοι δὲ καὶ, ὡδε πῶς ἀναρροῦται καὶ ἔτερον ἀποπον. εἰ γὰρ εἴποι τις, ὅτι τὸ ιβ'. κεφ. τὸ λέγον, ὅτι ὁ κλαπένος κλαπέντος τοῦ δοθέντος αὐτῷ ἔχει τὴν περὶ κλοπῆς ἀγωγῆν τε καὶ τὴν ποινὴν καὶ τὴν ἀπαιτήσιν τοῦ πράγματος, δίδωσι τὸ μὴ δεσπότην ἔχειν τὸν φουρτιβον κοινδικτικῶν\* καὶ μὴν ἔφθῃ ὁ νομοθέτης διδάξας ἡμᾶς ἐν τῷ α'. κεφ. τοῦ ι'. tit. αὐτόθι, ὡς ἡ τὸ κλαπέν ἀπαιτούσα ἀγωγῆ μόνῃ δεσπότῃ ἀρμόζει\* ἄλλως δὲ ἐπὶ τοῦ κλαπένος\* φησὶν φησὶν ὁ νομοθέτης, ὅτι τὴν περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλοῦν ἔχει ἀγωγῆν, οὐ μὴν προσέθετο καὶ τὸν φουρτιβον. ζῆται καὶ τοῦ ιγ'. κεφ. τοῦ ιβ'. tit. τοῦ ξ'. βιβ. θεμ. τὸ πρὸ δύο θεμάτων τοῦ τέλους, ὡς ὁ κομμοδατάριος καὶ ὁ μισθωσίμενος πρῶγμα καὶ ὁ δεξάμενος ἐντολίην καὶ ὁ δανειστής περὶ τοῦ ἐνεχρόνου τὴν περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλοῦν ἔχουσιν ἀγωγῆν\* οὐ προσκεῖται δὲ, ὅτι καὶ τὸν φουρτιβον. τοῦτω τῷ κινῶνι χρῶμενος ὀρθῶς βαδίσαις.

\* Ἡ μὲν περὶ ὕβρεως, ἐπειδὴ διὰ λόγου συνέστηκεν, ἀναρροῖται πάλιν διὰ λόγου. ὁμοίως ἢ περὶ κλοπῆς ποινικῆ οὐσα ἀναρροῖται διὰ ψιλῶν συμφώνων\* οὐ μὴν καὶ ὁ φουρτιβος κοινδικτικῶς\* ἐκεῖνος γὰρ τὸ κλαπέν ἀπαιτεῖ πρῶγμα καὶ οὐ διὰ λόγου, ἀλλὰ διὰ πράγματος ἀναρροῖται.

ἰδίῳ δικαίῳ] Ἰσο ἰούρε. διαφέρει δὲ, ὅταν κατὰ τὸ ἴσο ἰούρε ἀναρροῖται ἀγωγῆ καὶ ὅταν μὴ κατὰ τὸ ἴσο ἰούρε, ἀλλὰ διὰ παραγραφῆς\* ὅταν μὲν γὰρ κατὰ τὸ ἴσο ἰούρε ἀπᾶς ἀναρροῖται, οὐκέτι δύναται ἀνακαινισθῆναι\* ὅτε δὲ μὴ κατὰ τὸ ἴσο ἰούρε, δύναται ἀνακαινισθῆναι πάλιν διὰ συμφώνων.

\* Ἀπλῆ πάσης ἐνοχῆς ἢ ἀναίρεσις εἰς τὸ λυθῆναι ἴσο ἰούρε\* ἢ γὰρ τοῦ κανόνος βοηθεῖται τοῦ λέγοντος, ὅτι ὃ τρόπῳ συνίστανται τὰ συναλλάγματα, τῷ αὐτῷ καὶ ἀναλύνονται ἢ οὐκ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος βοηθεῖται, ἀλλ' ὑπὸ κανόνος ἰδικῶς κωρύντος αὐτήν. καὶ τοῦ μὲν πρώτου πολλὰ σοι παραδείγματα

1) si — dederō] Si decem aureos tibi numeravi et pactus sum, ut viginti a te debitore mihi reddantur, obligatio non contrahitur, nisi in decem aureis tantum numeratis. Nota, me generaliter dixisse, non nascitur obligatio, nec re, nec verbis. Neque enim viginti aureorum numeratio facta est, sed nudum pactum initum est. Excipias species, de quibus Scaevola loquitur lib. 3. Antipapiniiani tit. 2. dig. 5.

Cyrilli. Si quinque aureos tibi mutuos dederō et pepigero, ut undecim petam, de undecim agere non possum. Re enim obligatio ultra id, quod datum est, non contrahitur.

Innomin. Similiter lib. 12. tit. 1. dig. 12. them. 1. Lege, quae ibi adnotata sunt.

2) non teneris] Quia condictio ex his duobus nascitur, ex numeratione et voluntate: sic autem etsi voluntas ad petenda viginti praecessit, tamen viginti numerata non sunt, sed tantum decem.

3) iniuriarum actio] Quaedam actiones reperiuntur, quae per pactum ipso iure etiam tolluntur. Eiusmodi est iniuriarum et furti actio. De his enim pacisci specialiter lex permittit, et merito, cum pactum legitimum sit, ipso iure pacto extinguntur et tolluntur. Iniuriarum igitur et furti actionem, ut dictum est, pactum ipso iure tollit. Pactum autem gignit hypothecariam actionem: quia, etsi non lex specialis, attamen Praetor pactum de ea firmavit. Et merito ex nudo pacto oritur actio, id est, hypothecaria: non autem per pactum ipso iure tollitur, ut furti et iniuriarum actio, sed per exceptionem, quom pactus sim, ne hypothecas petam.

Furti et iniuriarum actio per pactum ipso iure tolluntur: hypothecaria actio nascitur ex nudo pacto, tollitur autem per exceptionem.

Gregorii. De poenali actione hoc loco tantummodo loquitur, non etiam de conditione furtiva: poenalis enim differt a conditione furtiva, ut tit. 10. lib. 60. quae soli domino competit, ut cap. 1. eiusdem tit. et lib. dicitur: alius est titulus de furti actione sive tit. 12. Hanc autem actionem non solum dominus instituit, verum etiam quivis, cuius furtum non factum esse interest, si ex iusta causa eius intersit, ut them. 4. cap. 10. ibidem ait, cuius initium est: Ille habet furti in duplum actionem. Vide autem, quomodo sic aliud quid absurdum emergat. Nam si quis dixerit, cap. 11. fullonem, re ei data subrepta, furti actionem habere, et poenam et rei persecutionem, ei, qui dominus non est, conditionem furtivam concedit. Atqui antea Iureconsultus nos docuit cap. 1. tit. 10. ibidem, conditionem furtivam soli domino competere: aliter autem in fullone. Nam Iureconsultus certo dixit, eum furti actionem in duplum habere, non etiam adiecit, conditionem furtivam. Quaere et cap. 13. tit. 12. lib. 60. them. antepenultimum, quo dicitur, commodatarium et rei conductorem et mandatarium et creditorem pigneratitium furti actionem in duplum habere; non autem adiectum recte, etiam conditionem furtivam. Hac regula utens recte via incedes.

Iniuriarum actio, quia verbis orta est, rursus verbis tollitur. Similiter furti actio, quae poenalis est, nudo pacto tollitur: non etiam conditio furtiva: haec enim rem furtivam persequitur, nec verbis, sed re tollitur.

4) ipso iure] Ipso iure. Differt autem, si ipso iure tollitur actio, et si non ipso iure, sed per exceptionem. Nam si ipso iure semel sublata sit, amplius renovari non potest: si autem non ipso iure, rursus per pactum renovari potest.

Quaevis obligatio duplici modo ipso iure tollitur: aut enim secundum regulam, quae dicit, quo modo facti sint contractus, eodem etiam tolli: aut non secundum hanc regulam, sed aliam, quae specialiter modum, quo tollitur obligatio, confirmat. Prioris regulae multa exempla

ἐπὶ γε ἀμαρτημάτων καὶ συναλλαγμάτων. ἀμαρτημάτων μὲν, ὡς ἡ περὶ ὑβρίσεως ἀγωγή, ἥτις καὶ λόγῳ συνίσταται καὶ διαλύεται λόγῳ· συναλλαγμάτων δὲ, ὡς ἐπὶ δανείου, ὡς ἀντιστρέφουσι τὰ χρηήματα πρὸς τὸν δανειστήν, καὶ ἕτερα πολλά. τοῦ δὲ δευτέρου ἦρουν τοῦ βοηθεῖσθαι ὑπὸ νόμου ἰδικῶς εἰς τὸ ἀναρῆσθαι τὴν ἐροχὴν ἢ ἰούρε ταῦτα εἶναι ἐπὶ τῶν ἀμαρτημάτων τὰ παραδείγματα ἢ περὶ κλοπῆς ἀγωγῆ καὶ ἢ δι' ἔργων ὑβρίσεως· αὐτὰ γὰρ διὰ ψίλου συμφώνου ἢ ἰούρε ἀναρῶνται οὐκ ἀπὸ τοῦ κανόνος ἐκείνου· ἐπιταῦθα γὰρ χρεῖον οὐκ ἔχει. καὶ πῶς ἔργῳ μὲν συνίσταται, λόγῳ δὲ διαλύεται; ἀλλ' ἐπειδὴ νόμος ἐστὶν ἰδικὸς ἐπ' αὐταῖς, κελύων ἢ ἰούρε ταύτας διὰ ψίλου ἀναρῆσθαι συμφώνου. καὶ ἐπὶ τῆς δὲ δόλο σχολιαζούσης πάντα συντρέχει ὁ νόμος. διὰ τί δὲ νόμος ἰδικὸς κελύει, ταύτας διὰ ψίλου ἀναρῆσθαι συμφώνου ἢ ἰούρε; διότι ἀμαρτημάτων εἰσιν· ἐπὶ δὲ τῶν ἀμαρτημάτων συντρέχει ἀπὸ ὁ νόμος τῷ ἐναγομένῳ ἀμαρτήσαντι, εἴτε ἔφευροι τινὴ ἀφορμῆν, ἢ δὲ ὑποθήκῃ ἀγωγῆ, τῶν καλῆ πίστει οὐσα καὶ εἰς ἰδικῶν ὄνομα συναλλαγμάτων ἐναγομένη αὐτῇ μὲν καθ' ἑαυτὴν δύναται ἀναρῆσθαι διὰ ψίλου συμφώνου ἢ ἰούρε, εἰ δὲ ἐνεχύρων ἔστω, ἀναδοθέντος τοῦ ἐνεχύρου. ὅταν δὲ γένηται τοῦ χρεῖος παραχώρησις, ἐπειδὴ παρακολούθημα ἐστὶν τῇ περὶ χρεῖος, ἢ ὑποθήκῃ ἀγωγῆ, ἀναρῶνται τῆς περὶ χρεῖος διὰ παραγραφῆς, συναναρῶνται τῇ τοῦ χρεῖος συγχωρήσει καὶ τὸ παρακολούθημα διὰ παραγραφῆς.

ἢ δὲ ὑποθήκῃ] Τοῦ ἄνω. Τὰς ἐπὶ τὴν κοινὴν ἀγωγὰς γενικῶς καὶ ἀπὸ ψίλου συμφώνου καὶ ἀγράφως συνίστασθαι, ὡς καὶ τὴν τοῦ ἐνεχύρου βιβ. κ. tit. α. dig. δ.

Τοῦ Ἐναντιοφ. Ἀνάγνωθι dig. ζ. θεμ. γ. καὶ βιβ. κ. tit. β. dig. δ. ὁμοίως dig. ιζ. θεμ. γ. εἰ δὲ καὶ πατεῦσω, μὴ ἀπαιτηθῆναι Πέτρον ἢ τὴν θυγατέρα μου, εἰ καὶ κληρονομησοῦν μου, παραγραφῆν οὐκ ἔχουσι. ἢ θυγατὴρ ἔξει τὴν τοῦ δόλου παραγραφῆν, ὡς dig. κ. ἀνάγνωθι dig. κγ. φησὶν γὰρ ὁμολογῆσαι πρόδια ὑπὲρ ὑπεροσίου μου ἐγγύτης ἐπακτεῦσα, μήτε ἐμὲ, μήτε τὸν πατέρα αὐτῆς ἀπαιτηθῆναι ἀποθησκοτόσ μου ὁ υἱὸς μου παραγραφῆν ἔχει, οὐ μὴν οἱ συκληρονομοὶ αὐτοῦ. ἔξεσι γὰρ τινὴ προνοεῖν καὶ ἐνὸς μόνου τῶν ἰδίων κληρονομῶν.

τίκτεται διὰ συμφώνου] \* Εἰ γὰρ δανείσω σοι καὶ τότε μὲν ἐνεχύρου οὐ μνησθῶ, ὕστερον δὲ συμφωνῆσα, ὑποκείσθαι μοι τὸ σὸν πᾶν, τίκτεται ἢ παραγραφῆ \*).

ἀναρῶνται] Τουτέστιν, εἰ καὶ μὴ γένηται συμφώνου πρωτοτύπως περὶ τῆς συμπληθείας τῆς ὑποθήκης, συμφωνηθῆ δὲ τὸ χρεῖος, διὸ καὶ ἢ ὑποθήκη συνέστη, συναναρῶνται καὶ αὐτῇ ὡς παρακολούθημα.

\* Ὅτε γὰρ ἢ ὑποθήκῃ διὰ πάκτου συγχωρηθῆ, οὐκ αὐτῷ τῷ δικαίῳ ἀναρῶνται, ἀλλὰ διὰ παραγραφῆς πάκτου, διὰ τὸ τὴν ὑποθήκῃ συναναρῶνται οἰονεὶ τὸ πρωτότυπῳ συναλλάγματι, ἕχον τῷ δανείσματι, καὶ δοκεῖ ἐν τῷ συναλλάγματι εἶναι τὸ τε δανείον καὶ ἢ ὑποθήκη. καὶ αὐτῷ μὲν τῷ δικαίῳ ἀναρῶνται, ὅτε καταβληθῆ τὸ χρεῖος· τοῦ γὰρ πρωτοτύπου σβεσθέντος σβέννυται καὶ τὸ παρακολούθημα ὁμοίως τῷ πρωτοτύπῳ. ὅτε δὲ συγχωρηθῆ ἢ ὑποθήκῃ, οὐκ αὐτῷ τῷ δικαίῳ, ἀλλὰ διὰ παραγραφῆς συμφώνου ἀναρῶνται. καὶ μὴ ἐναντιωθῆ σοι ὁ κανὼν ὁ λέγων, ὁ καὶ πανταχοῦ κείμενος, ὅτι ὃ τροπῶ συνίσταται τὸ συναλλάγμα, τῷ αὐτῷ καὶ διαλύεται γ), αὐτῷ δηλοῦσι τῷ δικαίῳ. λυεῖται μὲν γὰρ ἐπιταῦθα τὸ συναλλάγμα τῷ τροπῶ, ὃ συνέστη, πλὴν οὐκ αὐτῷ τῷ δικαίῳ· δοκεῖ γὰρ συνίστασθαι ἐξ ἀρχῆς διὰ καταβολῆς, ἐπεὶ διὰ τὴν ἀρίθμησιν τῶν νομισμάτων ἐγένετο.

ἐὰν συμφωνῆσω] Ἐὰν τις πρὸς τὸν οἰκίον πατεῦσῃ δανειστήν, ὡςτε αὐτὸν μὴ ἀπαιτηθῆναι, μόνος αὐτὸς ἔχει τὴν τοῦ πάκτου παραγραφῆν· τὸ δὲ πλέον ἔγνωσ, ὅτι, κἂν εἴπῃ, οὐκ ἀπαιτήσεις με, οὐκ εἴπε δὲ, ὅτι ἀπαιτεῖς τὸν κληρονομὸν τὸν ἐμὸν, καὶ οὕτως ἐνδυνάμως ἀπαιτεῖται ὁ κληρονομὸς αὐτοῦ. κατὰ πρόληψιν γὰρ ἢ περὶ ἡμῶν ἐστὶ τὸ πάκτον, ὡς ἐν τῷ ζ. dig. τοῦ παρόντος tit. μεμάρησας.

Κυρίλλ. Ἐὰν πατεῦσω, σὲ μὴ ἀπαιτεῖν, ἀλλὰ τὸν κληρονομὸν μου, ὁ κληρονομὸς σου οὐκ ἔξει παραγραφῆν. εἰ δὲ πατεῦσω, μήτε σὲ ἀπαιτεῖν, μήτε Τίτιον, ἢ μήτε σε, μήτε τὴν θυγατέρα σου, κἂν κληρονομήσῃ σε Τίτιος ἢ ἢ θυγατὴρ σου, οὐκ ἔξουσιν παραγραφῆν.

ἢ ἀπαιτηθῆναι Πέτρον] Πατεῦσων τις πρὸς τὸν οἰκίον δανειστήν οὕτως εἴπῃ· οὐκ ἀπαιτήσεις οὔτε ἐμὲ, οὔτε

in delictis et contractibus in promptu tibi sunt: in delictis, ut iniuriarum actio, quae verbis nascitur et verbis tollitur: in contractibus, ut in mutuo, cum pecunia ad creditorem revertitur, et alia multa. Secundi vero sive eius, ut lege speciali ipso iure obligatio tollatur, exempla inter delicta sunt furti actio et iniuriarum reales: haec enim per nudum pactum ipso iure tolluntur, non ex priore regula: nam haec locum ibi non habet. Et quomodo facto quidem oritur, verbis autem tollitur? Ideo, quia lex specialis de iis lata iubet, ipso iure eas per nudum pactum tolli. Etiam in doli actione pacto sublata lex succurrit. Cur autem lex specialis iubet, eas nudo pacto ipso iure tolli? Quia delicta sunt: in delictis vero lex semper reo, qui deliquit, succurrit, si quandam occasionem inveniat. Hypothecaria vero actio, quae bonae fidei est et in speciale nomen contractus transit, quantum ad ipsam attinet, nudo pacto tolli potest: si vero pignus sit, pignore reddito. Sed si debitum remissum fuerit, hypothecaria actio, quia accessorium actionis in personam est, actione per exceptionem sublata, una cum debiti remissione etiam accessorium per exceptionem tollitur.

5) hypothecaria autem actio] Innominati. Obligationes ex consensu et nudo pacto et sine scriptura contrahi, ut et pignoris obligationem lib. 20. tit. 1. dig. 4.

Enantioph. Lege dig. 7. them. 3. et lib. 20. tit. 2. dig. 4. similiter dig. 17. them. 3. Sed et si pactus sim, ne a Petro vel a filia mea petatur, licet heredes mihi extiterint, exceptionem non habent. Filia doli exceptionem habebit, ut dig. 21. Lege dig. 23. quo dicitur: Si dote pro nepta mea, quae in potestate est, promissa pactus sim, ne a me vel patre eius petatur: me mortuo filius meus exceptionem habebit, non etiam coheredes eius. Licet enim alicui et uni tantum ex suis heredibus prospicere.

6) pacto nascitur] Nam si tibi credidero et tunc pignoris mentionem non fecero, pactus autem fuero, ut res tua mihi obligetur, gignitur exceptio.

7) tollitur] Hoc est, et si pactum non principaliter de hypotheca factum sit, remissum autem sit debitum, propter quod etiam hypotheca constituta est, etiam hypotheca tanquam accessorium una tollitur.

Nam quum hypothecaria actio pacto remissa est, non ipso iure tollitur, sed pacti exceptione, propterea, quod hypothecaria actio coniuncta quasi est contractui principali, veluti mutuo, et mutuum et hypotheca unus contractus esse videntur. Et ipso iure quidem tollitur, quum debitum solutum sit: re principali enim extincta, etiam accessorium, similiter ut principale extinguitur. Si autem hypothecaria actio remissa fuerit, non ipso iure, sed per pacti exceptionem tollitur. Ne contraria tibi videatur regula, ubique proposita, quae dicit, quo modo contractus factus sit, eodem etiam eum dissolvi, ipso iure scilicet. Hic enim tollitur quidem contractus eodem modo, quo initus est, nec tamen ipso iure: ab initio enim numeratione iniuri videtur, quum numeratione pecuniae contractus sit.

8) si paciscar] Si quis cum creditore suo paciscatur, ne a se debitum petatur, ipse solus pacti exceptionem habet. Imo scis, si dixerit, non petes a me, non autem dixerit, petis ab herede meo, sic cum effectu ab herede debitum peti. Ex praesumptione enim pactum in personam est, ut dig. 7. huius tituli didicisti.

Cyrilli. Si pactus sim, ne a te petam, sed ut heres meus petat, heres tuus exceptionem non habebit. Si vero pactus sim, ne a te petam, nec a Titio, vel nec a te, nec a filia tua, licet Titius vel filia tua heredes tibi extiterint, non utentur exceptione.

9) ne a Petro petatur] Paciscens quis cum creditore suo dixit: non petes a me, nec a Titio: Titius

x) Legerem ἀγωγῆ, quod textus postulat. y) Supra διαλύεται in Cod. Coisl. scriptum ἀνα, quod significat ἀναρῶνται.

Τίτιον· οὔτε δὲ ἐγγυητής, οὔτε μανδάτωρ, οὔτε ἀντιφορητής ἢ ὁ Τίτιος. καὶ λέγει Οὐλιανός, ἐκ τοῦ τοιοῦτου πάκτου μὴ ὠφελεῖσθαι τὸν Τίτιον, μηδὲ εἰ κληρονόμος γίνεται τοῦ πακτεύσαντος Τίτιος, δύνασθαι αὐτὸν τῆ τοῦ πάκτου κερῶσθαι παραγραφῇ, ἐπειδὴ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸ τοῦ Τίτιου πρόσωπον ἀνυπόστατον ἦν τὸ χρέος καὶ ἐξ ποστέματου καὶ οὐκ ἐρροῖται· τούτῳσι, κἂν κληρονόμος γένηται Τίτιος, οὐ μνήμη κατὰ τὸ πάκτον ἐγένετο, μηδὲ οὕτως εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τὸ πάκτον ἐρρώσθαι. τοῦτο καὶ Ἰουλιανὸς ἐπὶ τοιοῦτου παραδίδωσιν θέματος. ἐπακτεῦσε γὰρ τις πρὸς τὸν οἰκίον δανειστῆν, ὥστε μίτη αὐτὸν, μίτη τὴν θυγάτηρα αὐτοῦ τὸ χρέος ἀπαιτηθῆναι. καὶ φησὶν Ἰουλιανός, ὅτι, ἐὰν ἡ θυγάτηρ κληρονόμος γένηται τοῦ οἰκίον πατρός, οὐκ ὠφελεῖται αὐτὴν τούτῳ τὸ πάκτον. δῆλον δὲ, ὅτι ἐπειδὴ μὴ ὡς κληρονόμος, ἀλλ' ὡς θυγάτηρ ὡ μνήμη κατὰ τὸ πάκτον ὁ πατὴρ ἐποιήσατο. εἰ γὰρ ὡς κληρονόμος κατὰ τὸ πάκτον τοῦ Τίτιου ἐμνημόνευσεν ἢ τῆς θυγατρὸς, εἰπὼν οὕτως· οὐκ ἀπαιτήσεις Τίτιον, ἐὰν γένηται μου κληρονόμος ἢ καὶ τούτῳ μὲν οὐκ ἐξέφρασαν οἱ πακτεύσαντες, ἐνεθυμηθήσαν δὲ ὅμως, τότε καὶ τῷ Τίτιῳ καὶ τῇ θυγατρὶ τὸ τοιοῦτο συμβάλλεται συμφωνον. ἔργος γὰρ ἐν τῷ ζ. διγ. τοῦ παρόντος τίτλου, ὅτι ἐπὶ τῶν πάκτων τῆ ἐντοία καὶ τῇ διαθέσει τῶν πακτεύσαντων προσέρομεν. τὸ οὖν εἰρημένον ἐνταῦθα κατὰ τῶν πακτεύσαντων εἴρηται τῷ νόμῳ. καὶ σημειώσῃσι διὰ τὸ κείμενον τῷ δὲ σπονσαλίβους βιβ. τίτ. δ. ὅς ἐστιν δὲ πάκτις δοταλίβους διγ. ι. συμβάλλεται δὲ σοι πρὸς τὴν εἰρημένην παρὰδουσαν καὶ τὸ κείμενον ἐν τῷ μ. διγ. τοῦ παρόντος τίτλου ἐν τῷ θεμ. οὐ ἢ ἀρχῇ πατὴρ ὁ τὴν προῖκα. σημειώσῃσι δὲ καὶ διὰ τὸ κείμενον ἐν τῷ κ. διγ. τούτου τοῦ τίτ. καὶ μὴ συναρπαγῆς διάφορος γὰρ ὁ θεματισμός.

† Τὸ παρὰ τοῦ ἐξωτικοῦ γεγονὸς συμφωνον ἕτερον οὔτε ὠφελεῖ, οὔτε βλάπτει. ἐὰν τις συμφωνῆσῃ, μὴ ἀπαιτηθῆναι Πέτρον χρεωστοῦνται, ἐπεὶ δὲ ἐλευθέρου πρόσωπον ἀγωγή τινι οὐ προσπορίζεται, εἰκότως οὔτε Πέτρος ὠφελεῖται. ἐὰν οὖν κληρονόμος αὐτοῦ γένηται ἢ ἄλλως πρὸς τὰ αὐτοῦ δικαία, καὶ ἐνάγωμα α) ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐκ ἔχω τὴν τοῦ συμφωνον παραγραφῆν. [Sch. h. I. 756.]

τῆν θυγάτηρα μου] Τοῦ ἄγων. Ἡ θυγάτηρ ἔξει τὴν τοῦ δόλου παραγραφῆν, ὡς διγ. κ. ἀνάγωθι καὶ διγ. μ. καὶ βιβ. κγ. τίτ. δ. διγ. γ.

\* Ἀντεξουσίαν θυγάτηρα θεματισῶν· εἰ γὰρ ἦν ὑπεξουσία, εἶχεν ἂν τὴν τοῦ δόλου παραγραφῆν. καὶ ζητεῖ κεφ. κ. καὶ ..... αὐτοῦ λ.

εἰ καὶ κληρονομήσουσι] \* Οὐ γὰρ ὡς κληρονόμον αὐτῶν ὠφελούτων εἶναι ἢ ὄντων τὸ πάκτον τὸ πάκτον ἐγένετο, ἀλλὰ ἐλευθέρων καὶ μηδεμίαν μετουσίαν ἔχοντων εἰς τὴν τοῦ πακτεύσαντος κληρονομίαν. τότε γὰρ, κἂν κληρονομησῶσι, οὐδὲν ὠφελούνται ὑπὸ τὸ πάκτον· δι' ἐλευθέρου γὰρ προσώπου ἀγωγή τινι οὐ προσπορίζεται. εἰ δὲ κληρονομῶν ἐκείνων ἐμνήσθῃ ἢ ὠφελούτων κληρονομήσῃ, ἐρροῖται τὸ πάκτον, καὶ οὐδὲ ἀπαιτηθῆσθαι τούτων τις. ἢ δὲ θυγάτηρ ἔχει τὴν τοῦ δόλου. ζητεῖ καὶ κεφ. κ. θεμ. β. αὐτοῦ.

παραγραφῆν οὐκ ἔχουσιν] \* Ἰστε, ὅτι δι' ἐλευθέρου πρόσωπον μηδεμίαν ἔχοντος ἐγγυητῆ πρὸς τὸν, ὑπὲρ οὗ τὸ πάκτον ἐποιήσεν, ἀγωγή τινι οὐ προσπορίζεται, οὔτε παραγραφῆ. δι' ἐλευθέρου δὲ πρόσωπον συμφωνήσαντος ὑπὲρ τινος, πρὸς ὃν ἔχειν ἐγγυητῆ ἢ ἐκ τοῦ πατὴρ ἢ ἄλλος τις προσεγγυς συγγενῆς εἶναι αὐτῷ ἢ φροντιστῆς, προσπορίζεται δόλου παραγραφῆ μόνῃ τῷ, ὑπὲρ οὗ τὸ πάκτον ἐγένετο. διὰ δὲ υἱοῦ ἢ δούλου συμφωνήσαντος πρὸς τὸν πατὴρ ἢ τοῦ δεσπότου προσπορίζεται καὶ ἀγωγή καὶ παραγραφῆ πάκτου, οὐ μὴν δὲ διὰ πατρός τῷ υἱῷ, ἀλλὰ μόνῃ δόλου παραγραφῆ.

οὐ συμφωνον] Τὸ πάκτον τὸ τῷ πρώτῳ συμβαλλόμενον συμβάλλεται καὶ τῷ ἀγοράσαντι τὸ πρῶγμα, περὶ οὗ τὸ πάκτον ἐγένετο, ἐνθα ἢ ὅσα ἐστὶ τὸ πάκτον, ὅτι τυχὸν οὐκ ἀπατῶ τὸ πρῶγμα. καὶ τούτῳ κερῶσθαι τῷ νομίμῳ, τῇ τῶν πολλῶν πειθόμενοι γνώμῃ, μεθ' ὧν ἐστὶ καὶ Πομπόνιος. ἔλεγε μάλιστα ὁ Σαβίνος, ὅτι, κἂν περσονάλιον ἐστὶ τὸ πάκτον, συμβάλλεται καὶ τῷ ἀγοράσῃ· ὥστε Σαβίνος τὸ μείζον ὑπολαμβάνει. σημειώσῃσι δὲ, ὅτι καὶ ἐφ' ἐν πρῶγματι ἐστὶν σονκεσίον· καὶ ὁ ἀγοράστῆς γὰρ καὶ ὁ κατὰ δωρεάν εἰληφώς ἐπ' αὐτῷ μόνῃ τῷ πρῶγματι σονκεσιώδης εἶναι δοκοῦσιν τοῦ προκτητοῦς.

Κυρίλλου. Τὸ γενόμενον τῷ πρώτῳ πάκτον, ἐὰν ἢ ἐμ

z) Mallem ὡς κληρονόμον, ἀλλ' ὡς θυγατρός. a) Fabr. ἐνάγωμα.

autem neque fideiussor, neque mandator erat, nec pecuniam alienam constituerat. Et ait Ulpianus, eiusmodi pactum Titio non prodesset, nec si Titius ei, qui pactus est, heres extiterit, eum pacti exceptione uti posse, quum ab initio in persona Titii debitum non consisteret, et ex post facto non valerēt: hoc est, licet Titius heres extiterit, cuius mentio in pacto facta est, neque sic in persona eius pactum ratum esse. Hoc Iulianus quoque in eiusmodi casu tradit. Cum creditore enim suo quis pactus est, ne a se, neve a filia sua debitum petatur. Et ait Iulianus, si filia patri suo heres extiterit, hoc pactum ei non profuturum: manifesto propterea, quod non tanquam heredis, sed tanquam filiae mentionem eius in pacto pater fecit. Nam si Titii vel filiae tanquam heredis in pacto mentionem fecit sic: non petes a Titio, si heres meus extiterit: vel etiam hoc paciscentes non expresserunt, attamen in mente habuerunt, tunc et Titio et filiae eiusmodi pactum prodest. Didicisti enim dig. 7. huius tituli, in pactis ad sententiam et voluntatem paciscentium nos attendere. Quod igitur hic dictum est, ex praesumptione legis dicitur: idque nota propter id, quod dicitur libro de sponsalibus tit. 4. qui est de pactis dotalibus dig. 10. Ad id, quod traditum tibi est, prodest et hoc, quod dicitur dig. 40. huius tituli, them. cuius initium: Pater, qui dotem. Nota autem etiam propter id, quod dicitur dig. 21. huius tit. quo ne patiaris tibi persuaderi: casus enim diversus est.

Pactum ab extraneo factum alii neque prodest, neque nocet. Si quis pactus sit, ne a Petro debitore petatur, quum per liberam personam actio nulli acquiratur, merito neque Petro hoc prodest. Si igitur heres ei extiterit vel alio quodam modo res eius geram et pro eo conveniar, non habeo pacti exceptionem.

10) a filia mea] Innominati. Filia doli exceptionem habet, ut dig. 21. Lege quoque dig. 40. et lib. 23. tit. 4. dig. 3.

De filia emancipata hoc accipe: nam si filiafamilias fuisset, doli exceptionem habitura fuisset. Et quaere cap. 21. et ..... eiusdem 30.

11) etiamsi heredes extiterint] Pactum enim factum non est, cum heredes hi esse deberent vel essent, sed cum liberi essent, et cum paciscentis hereditate nullam communionem haberent. Tunc enim, licet heredes extiterint, nihil eis pactum prodest: per liberam enim personam actio nemini acquiritur. Si vero illorum, quasi heredes essent vel esse deberent, mentio facta sit, pactum ratum est, et a nullo eorum quid petetur. Filia autem doli exceptionem habet. Quaere et cap. 21. them. 2. eius.

12) exceptionem non habent] Scitote, per liberam personam, cui nulla cum eo, pro quo pactum iniit, necessitudo intercedat, actionem nemini acquiri, neque exceptionem. Per liberam autem personam, quae pacta est pro aliquo, cum quo ei necessitudo interessit, vel quia pater eius vel alius proximus cognatus est vel procurator, sola doli exceptio ei acquiritur, cuius gratia pactum factum est. Per filium autem vel servum paciscentem personae patris vel domini tam actum, quam exceptio pacti acquiritur, nec vero per patrem filio, sed sola doli exceptio.

13) pactum] Pactum, quod venditori prodest, prodest quoque emtori eius rei, de qua pactum iniitum est, si pactum in rem sit, verbi causa: rem non petam. Et hoc iure etiam, plurimum sententiam sequentes, inter quos est etiam Pomponius. Sabinus tamen aiebat, pactum, licet in personam sit, tamen emtori quoque prodesset: qui Sabinus id quod maius est arbitratur. Nota autem, et in una re esse successionem: emtor enim, et qui donatione accepit, in re hac sola successores videntur esse eius, qui antea possedit.

Cyrilli. Pactum cum venditore factum, si in rem



ἔστι, ὠφελεῖ καὶ τὸν ἀγοραστήν· εἰ δὲ προσονόμιον, οὐκ ὠφελεῖ τὸν ἀγοραστήν ἢ τὸν κατὰ δωρεάν λαβόντα.

νομεύς τῆς κληρονομίας] Ἐάν τις ἀλλοτρίαν νεμόμενος κληρονομίαν πικτον ποιῆσθαι πρὸς τινὰ τὸν νεγεδαταρίων διαιεστώ, ἐκδικήσῃ δὲ μετὰ ταῦτα τὴν κληρονομίαν ὁ ἀληθὴς κληρονόμος, τοῦτο τὸ πικτον οὔτε βλαπτει, οὔτε ὠφελεῖ τοῦτον τὸν ἀληθὴ κληρονομόν.

† Ἐάν τις νεμόμενος ἀλλοτρίαν κληρονομίαν πρὸς δανειστάς νεγεδαταρίους συμφωνήσῃ μὴ ἀπαιτηθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα ἠπτηθῇ τῷ ἀληθεῖ κληρονομῷ, οὐ συμβάλλεται τὰ παρ' αὐτοῦ γενομένα συμφωνὰ τῷ κληρονομῷ· ὡς περ οὐδὲ ἀδικεῖ αὐτόν, εἰ πρὸς τοὺς χρεώστας τῆς κληρονομίας ὁ νομεύς τινὰ συμφωνήσῃ. [Sch. i. l. 756.]

νὺθς ἢ δοῦλος] Ἐἴτε ὑπεξουσίῳ εἴτε οὐκ ἐστὶν γένηται πικτον, ὥστε μὴ ἀπαιτηθῆναι τὸν πατέρα ἢ τὸν δεσπότην, ἐόντων πρὸς ὑπεξουσίον γένηται τὸ πικτον, ὥστε μὴ ἀπαιτηθῆναι τὸν πατέρα ἢ τὸν δεσπότην, εἴτε χάριν τοῦ πρὸς αὐτὸν τὸν ὑπεξουσίον ἢ τὸν οὐκ ἐστὶν γενομένου συναλλάγματος προέδῃ τὸ πικτον, εἴτε προφίσει συναλλάγματος οὐ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ὑπεξουσίους, ἀλλὰ πρὸς τὸν πατέρα ἢ τὸν δεσπότην γεγεννημένου, προσπορίζουσι τὴν τοῦ πικτον παραγραφὴν τῷ πατρὶ ἢ τῷ δεσπότη. ταῦτα δὲ λέγω, ὅτι οὕτως ὁ ὑπεξουσίος ἢ οὐκ ἐστὶς ἐμπαινεύσῃ· οὐκ ἀπαιτῆσαι τὸν πατέρα ἢ τὸν δεσπότην. τὸ αὐτὸ δὲ λέγω καὶ ἐπὶ τοῦ βόνα φίδε δουλεύοντος. βλέπε, πῶς εἶπον, εἰ ἐμπαινεύσῃ, μὴ ἀπαιτηθῆναι τὸν πατέρα ἢ τὸν δεσπότην· εἰ γὰρ μὴ μὴ τὸν πατέρα ἢ τὸν δεσπότην κατὰ τὸ πικτον οὐκ ἐγένετο, τότε, εἰ μὲν ἐλευθέρως ὑπεξουσίος πακτεῖται οὕτως εἶπεν· οὐκ ἀπαιτῆσαι με· τοῦτο τὸ πικτον καὶ αὐτὸ τῷ ὑπεξουσίῳ τῇ διδέρκῃ ἐναγομένη συμβάλλεται, καὶ τῷ ἔχοντι αὐτὸν ὑπεξουσίον, ἐάν ἐναχθῇ τῇ δὲ πεκουλίῳ ἢ τῇ δὲ βέροσῳ ἢ ἔμ ἀγωγῇ, ἢ ἐνθα ὡς δεφενδεῖται τὸν υἱόν, εἴπερ ἄρα βουλεύεται αὐτὸν δεφενδεύσαι· συμβάλλεται γὰρ καὶ οὕτως τὸ πικτον, ἐν ᾧ δηλοῦσι χάριν συναλλάγματος γέγονεν ἐκ τοῦ πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐστὶν τὸν ὑπεξουσίον. τὸ γὰρ εἰρημένον πικτον εἰς οὐδὲν ὅλως συναλλάγμα τὸν πατέρα γενομένου δύνανται αὐτῷ συμβάλλεσθαι τῷ πατρὶ. βλέπε γὰρ, πῶς εἶπον, συμβάλλεται τῷ πατρὶ τοῦτο τὸ πικτον ἐναγομένη τῇ δὲ πεκουλίῳ ἢ τῇ ἢ ἔμ βέροσῳ, ἐνθα δεφενδεῖται τὸν υἱόν. οὐκ εἶπον, ὅτι, κἂν πρωτοτύπως αὐτῷ ἐνάγεται ὁ πατήρ, συμβάλλεται αὐτῷ τὸ πικτον.

Κυρίλλου. Ἐάν πακτεῖσθαι ὑπεξουσίος ἢ δοῦλος, μὴ ἀπαιτηθῆναι τὸν δεσπότην ἢ τὸν πατέρα εἴτε πεκουλίῳ χάρις εἴτε πρωτότυπος, προσπορίζουσι παραγραφὴν, ὡς περ καὶ ὁ βόνα φίδε δουλεύων. εἰ γὰρ πακτεῖται ὁ υἱός εἶπε, ὅτι οὐκ ἀπαιτῆσαι με, συμβάλλεται τῷ πατρὶ ἐναγομένη δὲ πεκουλίῳ ἢ δὲ ἢ ἔμ βέροσῳ ἢ ὡς δεφενδεῖται τοῦ υἱοῦ, εἰ τοῦτο βουλεύεται. ζητεῖ βιβ. ιη. τι. ε. κεφ. κα. θεμ. τελευτ. ὅτι ὑποδέχεται ὁ πατήρ τὴν δὲ πεκουλίῳ ἀγωγὴν, εἰ μὴ τὸν παραχωρήσῃ τοῖς δανεισταῖς τὴν περὶ πεκουλίῳ ἀγωγὴν<sup>b)</sup>.

ιη'. Γάιος<sup>c)</sup>. Εἴτε ἐγὼ συνήλλαξα, εἴτε αὐτός,

ιθ'. Προσπορίζει μοι παραγραφὴν. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ καλῆ πίστει δουλεύοντος. εἰ δὲ ὁ ὑπεξουσίος μου υἱὸς συμφωνήσῃ μὴ ἀπαιτηθῆναι, καὶ ἐμοὶ συμβάλλεται ἐναγομένη τῇ περὶ τοῦ πεκουλίῳ ἀγωγῇ.

κ'. Γάιος. Ἡ τῇ περὶ ἐν πράγματι δαπάνης ἀγωγῇ<sup>d)</sup>, ἢ ἐάν θελήσω αὐτὸν διεκδικῆσαι.

συμφωνήσῃ μὴ ἀπαιτηθῆναι] \* Ἄξιον δὲ ἐστὶν ζητήσεως· ἐστὶ ἢ προσωπικόν· ἐστὶ ὅτι μὴ προσωπικόν. εἰ μὲν γὰρ προσωπικόν, μὴ ζῶντος τοῦ υἱοῦ ὠφελεῖται τὸν πατέρα ἢ τὸν τοῦ πατρὸς κληρονομόν, ἀλλὰ μόνον τὸν υἱόν, ἐπειπερ προσωπικόν· εἰ δ' οὐ προσωπικόν, ὠφελεῖται καὶ μετὰ θάνατον τὸν τε πατέρα ἢ τὸν τοῦ πατρὸς κληρονομόν. λεκτέον δὲ πρὸς αὐτῶν· προσωπικόν ὁ νομοθέτης ἀναμφιβόλως τὸ τοῦ υἱοῦ συμφωνῶν φησὶν, τὴν δὲ αἰτίαν διήρυσσε κατωθεν περιγραφόμενος. πῶς οὖν προσωπικόν ὃν ὠφελεῖ τὸν πατέρα, καὶ εἰ τὸν πατέρα, καὶ τὸν τοῦ πατρὸς κληρονομόν προσωπικόν; σημειώσω, ἵνα μὴ ἐκ περιόδου τινος καὶ τρόπου ἀσυντελής τι καὶ τὸ μηδὲν φανεῖται πρὸς τὸν υἱόν τὸ πρὸς αὐτὸν γενομένου

b) Sic Cod Coisl. Sed legendum videtur, παραχωρήσει τοῖς δανεισταῖς τοῦ πεκουλίῳ, reliquis omissis. Sic quoque latine reddidi hunc locum. c) deest Γάιος apud Fabr. d) Retinui ordinem, quo Fabr. singula fragmenta exhibet, ordini Digestorum accommodatum. In Cod. Coisl. num. ιθ'. deest, licet caput hoc numero notandum tanquam proprium exhibeat usque ad ἀγωγῇ. Verbo ἐάν θελήσω incipit in Cod. Coisl. cap. 20.

sit, etiam emtori prodest; si vero in personam sit, emtori vel ei, qui donatione accepit, non prodest.

14) possessor hereditatis] Si hereditatis alienae possessor pactum cum aliquo ex hereditariis creditoribus fecerit, heres verus autem postea hereditatem everit, hoc pactum vero heredi neque obest, neque prodest.

Si alienae hereditatis possessor cum creditoribus hereditariis pactus sit, ne a se petatur, et postea a vero herede victus sit, pacta ab eo facta victori eius non prosunt: sicut nec obest ei, si cum debitoribus hereditatis possessor quaedam pactus sit.

15) filius servusve] Sive cum filiofamilias sive cum servo pactum sit, ne a patre vel domino petatur, si igitur cum eo, qui in potestate est, pactum initum sit, ne a patre vel domino petatur, si contractus cum ipso filiofamilias vel servo initi gratia pactum intervenerit, sive occasione contractus non cum iis, qui in potestate sunt, sed cum patre vel domino initi, pacti exceptionem patri vel domino acquirunt. Haec dico, quia filiusfamilias vel servus sic pacti sunt: non petes a patre vel domino. Idem dico etiam in eo, qui bona fide servit. Nota, me dixisse, si pacti sunt, ne a patre vel domino petatur: nam si mentio patris vel domini in pacto facta non sit, tunc, si quidem liber homo, qui in potestate est, paciscens dixerit: a me non petes: hoc pactum tam ipsi, qui in potestate est, si directa conveniatur, prodest, quam ei, qui eum habet in potestate, si de peculio vel de in rem verso conveniatur, vel tanquam defensor filii, si quidem forte eum defendere velit. Non etiam sic prodest pactum, quum scilicet contractus gratia cum ipso filiofamilias initi initum sit. Pactum enim memoratum in nullo prorsus contractu cum patre inito patri prodesse potest. Nota me dixisse, patri hoc pactum prodesse, si de peculio vel de in rem verso conveniatur, ubi filium defendit. Non dixi, pactum patri prodesse, si ipse principaliter conveniatur.

Cyrilli. Si filiusfamilias vel servus pactus sit, ne a domino vel patre petatur debitum sive peculiare sive principaliter ab ipso contractum, exceptionem ei acquirunt, sicut et is, qui bona fide servit. Nam si filius in paciscendo dixit: a me non petes: patri prodest, si de peculio vel de in rem verso vel tanquam defensor filii, si velit defendere eum, conveniatur. Quare lib. 18. tit. 5. cap. 21. them. ult. quo dicitur, patrem de peculio actionem suscipere, nisi creditoribus peculio cesserit.

XVIII. Gaius. Sive ego contraxerim, sive ille,

L. 18.

D. 11. 14.

XIX. Acquirat mihi exceptionem. Idem est et in eo, qui bona fide servit. Si vero filiusfamilias meus pactus fuerit, ne a se petatur<sup>1)</sup>, etiam mihi prodest, si de peculio conveniatur:

L. 19.

D. eod.

XX. Gaius. Vel de in rem verso actione: vel si voluero<sup>2)</sup> eum defendere<sup>3)</sup>.

L. 20.

D. eod.

1) pactus fuerit, ne a se petatur] Quaestione dignum. Pactum vel in personam est: interdum non in personam. Nam si in personam est, vivo filio nec patri prosit, nec patris heredi, sed soli filio, quia in personam est; si vero in personam non est, mortuo quoque filio patri vel patris heredi prosit. Dicendum vero est ad hanc quaestionem. Personale haud dubie Iureconsultus pactum filii dicit, causam autem pertraxit infra. Quomodo igitur personale pactum patri prodest, et si patri, heredi quoque patris, licet personale sit? Nota, ne ex circuito quodam et orbe imperfectum et inefficax quoad filium videatur pactum cum

σύμφωνον καὶ μηδὲν αὐτὸν ἀφελούην. εἰ γὰρ δύναιτο, τὸν πατέρα ἐνάγειν ζῶντος τοῦ υἱοῦ δὲ πεκούλιο ἢ δὲ ἰν ἡμέ βέρου, ὁ πατὴρ ἐνάγειν ἀφαιρήσεται ὑπὸ τοῦ ὑπεξουσίου αὐτοῦ υἱοῦ τὸ πεκούλιον, ἵνα ἐξ αὐτοῦ πληρῶ τὸν δανειστήν, καὶ βλαβήσεται ὁ υἱὸς ἀφαιρούμενος τὸ πεκούλιον. διαφέρει γὰρ αἰ αὐτῷ τὸ ἔχειν πεκούλιον, ὡς βιβ. ἰ. tit. δ. κεφ. γ. θεμ. ε. περὶ τὰ μέσα καὶ τὸ τέλος. οὐσίδιον γὰρ ἐστὶν τοῦ υἱοῦ τὸ πεκούλιον, ὡς βιβ. η. tit. ε. κεφ. ε. θεμ. β. καὶ ἐκ μεθόδου εὐριόκτου ὁ υἱὸς μὴ αὐτὸς ἀφελόμενος ἐκ τοῦ ἰδίου συμφώνου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως εἶποι τις πιθανὰ εἶναι ἐπὶ τοῦ πατρὸς· ἐπὶ δὲ τοῦ τοῦ πατρὸς κληρονόμου, ὅτε ὁ μὲν πατὴρ ἐτέλευτησεν, ὁ δὲ υἱὸς ἀτεξουσίου γέγονεν τῇ τελευτῇ τοῦ πατρὸς καὶ πεκούλιον οὐδὲν ἔχει, ἐπεὶ μὴδὲ ὑπεξουσίος, ὑπεστίν. πῶς ἂν ὁ ἀποθὴν ἐκλυθεῖ λόγος; ἀκουσον καὶ περὶ τοῦ κληρονόμου τοῦ πατρὸς. ὁ κληρονόμος, ὡς οὐδὲν, ἄλλος αὐτὸς ἐστὶν ὁ διαθέμενος καὶ τὰ τοῦ κληροδοτοῦ δίκαια καὶ εἰς τὸν κληρονόμον, οἷα καὶ παρὰ τῷ διαθεμένῳ ἦσαν, κατέχεται. οὕτως οὖν καὶ ἡ δὲ πεκούλιο καὶ ἡ δὲ ἰν ἡμέ βέρου καταγοῖται, ὡς ἐμίλλε παρὰ τῷ διαθεμένῳ φυλάττεσθαι· καὶ οὕτως ὁ κληρονόμος κατέχεται ὡς ἐκ προσώπου τοῦ διαθεμένου. ποῖα γὰρ ἐνοχὴ κατὰ τοῦ προσώπου τοῦ κληρονόμου γέγονε καὶ μὴ κατὰ τοῦ διαθεμένου; καὶ ἡ κατὰ τοῦ τελευτήσαντος ἐνοχὴ, τὴν ὄχλην καὶ τὴν ὄχλην λαβούσα ἐξ ἐκεῖνου κατὰ τοῦ κληρονόμου κατέχεται· καὶ λοιπὸν ἐπειδὴ τοῖς δικαίως τοῦ διαθεμένου κέχρηται καὶ ὁ κληρονόμος, δύναται τοῦτο κέχρησθαι δικαίως καὶ ταῖς αὐταῖς παραγραφαῖς, αἷς καὶ ὁ διαθέμενος ἠδύνατο χρῆσθαι, ἐπειδὴ καὶ ταῖς αὐταῖς ἐνοχλαῖς ὑποκειται, αἷς ὁ διαθέμενος. μετὰ δὲ θάνατον τοῦ υἱοῦ οὐτε ὁ πατὴρ, οὐτε ὁ κληρονόμος ἀφελήσεται, ἐπειδὴ προσώπων ἦν τὸ σύμφωνον.

ἐν θελήσῳ] Τοῦ Ἀγωνίου. Ἐξ ἀνάγκης γὰρ ὁ πατὴρ καὶ ὁ δεσποτὴς ὑποδέχονται τὴν δὲ πεκούλιο, ὡς πᾶσαν περσονάλλαν. ἔξεστι δὲ αὐτοῖς, ἀδόλως καὶ ἀνυπερθέτως παραχωρεῖν τὸ πεκούλιον καὶ μὴ ἐνάγειν τῇ δὲ πεκούλιο.

αὐτὸν διεκδικῆσαι] Τοῦ αὐτοῦ. Ἐξεστὶ τῷ πατρὶ μὴ δεφενδεύειν τὸν ἀδικοποιουμένον, καὶ λοιπὸν οἱ δύνανται διὰ τοῦ ἀρχόντος λαμβάνουσι τὰ προσπορισθέντα αὐτῷ, ὡς ἰν tit. γ. tit. ε. λέγει δὲ βιβ. θ. tit. δ. dig. ἰδ. λε. ὅτι ὁ ὑπεξουσίος δύναται ἀδιασπίτως ἑαυτὸν δεφενδεύειν. ἐν γὰρ τοῖς ἀμαρτήμασιν, εἰ μὴδὲς αὐτὸν δεφενδεύει, αὐτὸς ἐνάγεται καὶ καταδικαζόμενος ποιεῖ τὰ κριθέντα, καὶ ὁ πατὴρ μετὰ ψήφου ἐνάγεται τῇ δὲ πεκούλιο. ἐν δὲ τῷ δ. dig. τοῦ β. tit. τοῦ κ. βιβ. φησὶν, ὅτι, ἐάν ὁ πατὴρ μετὰ τῆς θνητῆς ἀγῆς περὶ τῆς προικῆς, εἰς ὀλοκλήρον αὐτῆν μετὰ σατισθαιῖον δεφενδεύει ἐπὶ τῇ ὀρομῇ ἀμοταρομῇ. ἀναγῶντι καὶ βιβ. γ. tit. γ. dig. ἰδ. ὅ δὲ ὑπεξουσίος υἱὸς ἀδιασπίτως ἑαυτὸν ἐν τοῖς ἀμαρτήμασιν ἐκδικεῖ<sup>ε)</sup>, καὶ τῷ μὲν πατρὶ συμβάλλεται τὸ σύμφωνον τὸ γενόμενον παρὰ τοῦ υἱοῦ μετὰ τῶν συναλλαξαμένων αὐτῷ διὰ τὸ διαφέρειν τοῦ υἱοῦ. εἰ γὰρ εἴτω μὲν, μὴ δίδοσθαι τῷ πατρὶ τὴν τοῦ συμφώνου παραγραφὴν, βλάπτειται ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς καταβάλλοντος. διαφέρει γὰρ τῷ υἱῷ τὸ ἔχειν πεκούλιον. ζῶντι μὲν οὖν τῷ πατρὶ διὰ τὸ διαφέρειν τοῦ υἱοῦ δίδεται ἢ τοῦ συμφώνου παραγραφῆ, τελευτήσαντος δὲ τοῦ πατρὸς δίδεται τῷ κληρονόμῳ αὐτοῦ ἢ τοιαυτῆ παραγραφῆ, οὐχ ὡς ἐπὶ διαφερόντος ὑπὸντος τῷ υἱῷ (ἡδὴ γὰρ ἐπαρῆθη καὶ ἐσβέσθη τὸ πεκούλιον)· ἀλλ' ὡς τὰ δίκαια τελευτήσαντος διαδεξαμένων· ὁ γὰρ κληρονόμος ὀλοκλήρου δικαίου ἐστὶ διάδοχος.

Καὶ ὅτε γὰρ τὸ δεφενδεύειν πρόσωπον πατὴρ ἐστὶ, δύναται τὴν τοῦ πατρὸς παραγραφὴν ἀντιθέσθαι, προσπορισθέντων αὐτῷ ὡς πατρὶ καὶ οὐχί, διότι δεφενδεύει. ἀναγῶντι περὶ τοῦτου καὶ τοῦ β. θεμ. τοῦ κ. κεφ. τὸν παλαιόν.

L. 21. D. II. 14. pr. §. 1.

κα'. Καὶ τῷ κληρονόμῳ μου ζῶντος τοῦ υἱοῦ· μετὰ γὰρ θάνατον αὐτοῦ οὐτε ἐμοί, οὐτε τῷ κληρονόμῳ μου· προσωπικὸν γὰρ ἐστίν. εἰ δὲ ὁ δοῦλός μου συμφωνήσῃ μὴ ἀπαιτηθῆναι<sup>g)</sup>, εἰ μὲν γενικῶς, κάμω καὶ τῷ κληρονόμῳ μου ἀρμόζει ἢ τοῦ συμφώνου παραγραφῆ· εἰ δὲ προσωπικῶς, ἔχω τὴν δόλον παραγραφῆν.

τῷ κληρονόμῳ μου] Οὐ μόνον τῷ ὑπεξουσίῳ καὶ τῷ πατρὶ συμβάλλεται τὸ ἐπιμένον πάκτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς κληρονόμοις τοῦ πατρὸς. τοῖς δὲ καὶ τῷ πατρὶ τοῦ ὑπεξουσίου

e) Cod. Coisl. ἀδικοποιουμένον, filium arrogatum. Putabam legendum ἐναγθέντα. f) Malim διεκδικεῖ. g) Sic Cod. Coisl. Fabr. ἀπαιτεῖσθαι.

eo initum, et nihil ei profuturum. Nam si fingamus, patrem vivo filio de peculio vel de in rem verso conveniri, pater conventus filiofamilias peculium adimet, ut ex eo creditori satisfaciat, et filius ademto peculio damnum incurret. Semper enim interest eius, ut peculium habeat, ut lib. 10. tit. 4. cap. 3. them. 5. circa medium et finem. Peculium enim pusillum patrimonium filii est, ut lib. 18. tit. 5. cap. 5. them. 2. et filius nullum commodum ex suo pacto habet. Sed forte quis dixerit, haec quantum ad patrem, esse probabilia: in herede autem patris, quum pater decesserit, filius autem morte patris sui iuris sit, et peculium minime subsit, quum nec in potestate sit. Quomodo superior ratio huc vergit? audias etiam de patris herede. Heres ut nosti, alter quodammodo testator est, et iura defuncti etiam ad heredem, qualia apud defunctum erant, descendunt. Sic igitur de peculio quoque actio et de in rem verso ad heredem descendunt, uti in testatore id custodiendum erat: et sic heres tanquam ex persona testatoris tenetur. Quaenam enim obligatio adversus personam heredis contracta est, et non adversus defunctum? Obligatio quoque adversus defunctum orta, quae initium et radicem ex persona eius habuit, adversus heredem descendit: et quia iuribus defuncti heres quoque utitur, his iuribus et iisdem exceptionibus uti potest, quibus defunctus quoque uti potuit, quia iisdem obligationibus, quibus defunctus, subiacet. Post mortem vero filii neque pater neque heres eius commodum habebunt, quum pactum personale fuerit.

2) si voluero] Innominati. Ex necessitate enim pater et dominus de peculio actionem excipiunt, ut omnem personale actionem. Possunt autem sine dolo et mora peculio cedere, ita ut de peculio non conveniantur.

3) eum defendere] Eiusdem. Patri filium arrogatum non defendere licet, et tunc creditores per magistratum ea accipiunt, quae ei acquisita sunt, ut Inst. lib. 3. tit. 5. Dicitur autem lib. 9. tit. 4. dig. 34. 35. filiofamilias indistincte se defendere posse. Propter delicta enim, si nemo eum defendat, ipse convenitur, et condemnatus iudicatum facit, et pater post rem iudicatum de peculio convenitur. Sed dig. 4. tit. 2. lib. 25. dicitur, patrem, si cum filia de dote agat, in solidum eam rerum amotarum nomine cum satisfactione defendere. Lege quoque lib. 3. tit. 3. dig. 39. Filiusfamilias se indistincte propter delicta defendit, et patri quoque pactum a filio cum iis, qui cum eo contraxerunt, initum prodest, quia filii hoc interest. Nam si dix- rim, patri pacti exceptionem non dari, filius patre solvente laeditur. Nam filii interest, ut peculium habeat. Vivo igitur patri propterea, quod filii interest, pacti exceptio datur, mortuo vero eo heredi eiusmodi exceptio datur, non quod filii adhuc intersit (peculium enim iam cessavit et extinctum est): sed quia in iura defuncti successit: heres enim successor in universum ius est.

Nam si pater defensor est, pacti exceptionem opponere potest, quae ei tanquam patri, non ideo, quia defendit, acquisita est. Lege de eo et them. 2. cap. 21. Antiquum.

XXI. Et heredi meo<sup>f)</sup> vivo filio: nam post mortem eius nec mihi nec heredi meo: personale enim pactum est. Quodsi servus meus<sup>2)</sup> pactus fuerit, ne a se peteretur, si quidem generaliter, et mihi et heredi meo pacti exceptio competit: si vero in personam pactum conceptum sit, doli exceptionem habet.

1) heredi meo] Non solum filiofamilias et patri pactum memoratum prodest, sed etiam heredibus patris. Tunc autem et patri filiofamilias et patris heredi prodest,

e) Cod. Coisl. ἀδικοποιουμένον, filium arrogatum. Putabam legendum ἐναγθέντα. f) Malim διεκδικεῖ. g) Sic Cod. Coisl. Fabr. ἀπαιτεῖσθαι.